

quavis aliquam distinctionem intendat ponere maxime in hanc sententiam inclinat, tom. 4. disput. 18. de leg. sect. 3. subjct. 2. & Salas citatus.

20. Probatur: Primò ratione D. Thomæ, Christus Dominus soli Petro, ejusque successoribus dixit: Tibi dabo claves Regni caelorum, & iterum, Pasce oves meas: Id est potestatem clavium, seu jurisdictionis ad gubernandum, & pascendum, ergo hæc potestas solum data est Petro, & ejus successoribus. Probatur consequentia, quia solus Christus Dominus potuit dare hanc potestatem, & tamen soli Petro, & ejus successoribus dedit; ergo solis illis competit hæc jurisdicatio.

21. Probatur, quia definitum est à Leone Papa, cap. Ita Dominus, 19. diffinit. Ubi agens de Petri potestate, ait illi à Christo Domino fuisse donatum, ut ab ipso quasi à quo capite, & Gregorius in cap. Decreto, 2. quest. 6. ait: Romana Ecclesia vices suas ita aliis impartit, ut in partem sint vocatae solitudinis, non in plenitudinem potestatis. Verba illa vices suas aliis Ecclesiis impartit, aperte significant aliarum Ecclesiarum pastores, à Romano Pontifice habere vicem, & potestatem.

22. Probatur, & ratione; si Episcopi immediate receperunt à Christo potestatem legislativam, Pontifex Romanus non potest illorum potestatem minuere, coarctare, aut tollere, sed essent omnino à Pontifice independentes, ut potest habentes jurisdictionem à superiore, nempe Christo concessam. Consequens est omnino falsum; ergo & antecedens. Confirmatur, quia si Episcopus immediate accipit potestatem à Christo Domino, quando Episcopus delinquit, & est hæreticus, Pontifex solum eum declarabit delinquentem, & Deus auferet potestatem ut communiter dicitur de Summo Pontifice, atqui hoc non est dicendum, si quidem Concilia, ac jura, cap. ad abolendum de hæreticis, & mille alia ordinant Episcopos hæreticos, & schismaticos esse privandos, ac deponendos à Summo Pontifice; ergo dicendum quod Pontifex, eos deponit, ac privat, eisque auferit jurisdictionem, alias Concilia, & jura improprie loquuntur.

23. Probatur quartò; quia Episcopus electus, ac confirmatus tantum ante consecrationem potest, efficere ea omnia, quæ sunt jurisdictionis Episcopalis, dare indulgentias, excommunicare, & alia similia, cap. 1. & 2. de translatione Episcoporum, cap. Transmissum de electione; de quo latè Sanchez lib. 8. de marrim. disp. 2. num. 11. Ergo talis potestas jurisdictionis in Episcopis non provenit ex vi suæ ordinationis, sed ex commissione Ecclesie, quæ talem jurisdictionem dat Episcopo. Confirmatur efficaciter ex Pontifice Romano, quod est primum exemplar in hac materia; quia Pontifex ex eo ipso, quod eligitur, est verus Papa, & potest omnem suam jurisdictionem papalem externam exercere, verbi gratia excommunicare, concedere indulgentias, quam vis tunc electus non sit Episcopus, vel Sacerdos, ut notat Suar. citato lib. 4. de leg. cap. 4. num. 11. Et postea sit ordinandus, ac sacerdos, & tamen ante consecrationem licite, & valide talem jurisdictionem exercet, ergo si-

Cap. ad abolendum. Sanchez.

Suar.

cut jurisdicatio papalis non est actus ordinis, vel consecrationis; ergo nec etiam erit actus jurisdicatio Episcopalis, cum Episcopalis dignitas sit quædam participatio papalis dignitatis

Arguunt primò adversarii: Episcopi sunt successores Apostolorum, ut dicitur, cap. in novo dist. 2. & in Concil. Trident. sess. 23. cap. 4. Atqui Apostoli habuerunt immediate jurisdictionem à Christo Domino; ergo & Episcopi, cum sint ejus successores. Major patet ex citatis locis; minor probatur ex verbis Christi ad Apostolos, Matth. 18. Quæcumque ligaveritis super terram, ligata erunt & in caelis, & Ioan. 20. eis dixit Christus, Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos, id est, ut explicent sancti Patres; ut suo loco dixi eadem auctoritate, quæ Deus Pater misit me, & ego mitto vos, sicut & Papa succedit Petro, ita & Episcopi Apostolis.

Respondetur, quod in Apostolis fuit duplex dignitas, una Apostolatus altera consecrationis, seu ordinis Episcopalis. Apostoli per Apostolicam dignitatem acceperunt à Christo plenariam potestatem super universam Ecclesiam, quod fuit convenientissimum, quia ipsi erant dividendi per regiones longissimas, idè necessarium, ut daretur eis plenissima potestas ad creandos Episcopos, ac multa alia; & hæc excellentissimam potestatem, Apostolatus per modum cujusdam legationis, ut explicat Bellarm. loco citato receperunt immediate à Christo de quibus agitur locis citatis, Matth. & Ioannis. Acceperunt etiam Apostoli à Christo consecrationem, seu ordinationem sacerdotalem, vel cum novo caractere, vel cum extensione characteris sacerdotalis, juxta varias sententias. Et quod hæc duæ dignitates in Apostolis distinguantur, patet, quia Paulus fuit Apostolus, & habuit plenariam potestatem Apostolicam, & tamen non legitur quod fuisset creatus Episcopus alicujus Ecclesie particularis, licet omnium Ecclesiarum habuerit sollicitudinem, 1. Corinth. 11.

Inde doctrinæ gratia addo, quod ut dixi superiori quest. num. Anicetus Papa testatur quod Iacobus minor fuerit ordinatus Episcopus à D. Petro, in d. Turrecremata in summa de Ecclesia, part. 2. cap. 42. Lorinus in acta Apostol. cap. 13. vers. 3. 5. magnum est, & cap. 20. vers. 28. 5. Porro hoc. Qui docent, quod Christus Dominus immediate ordinaverit solum Petrum, qui suos Coapostolos ordinavit, quod ita intelligo, ut dixi superiori quaestione citato loco quod omnes Apostoli immediate fuerunt à Christo Domino ordinati Episcopi; Petrus tamen eos manifestavit, declaravit, ac publicavit Episcopos. Insuper existimo, quod ipsa divisio terrarum inter Apostolos auctoritate D. Petri facta est, ut Iacobus abiret in Hispaniam, Thomas in Indiam, Matthæus in Æthiopiã, &c.

Ad argumentum in forma responderetur, quod Episcopi succedunt Apostolis, non in dignitate Apostolica; nam hæc fuit extraordinaria, & per modum cujusdam legationis, alias Episcopi haberent jurisdictionem in toto orbe; & essent æquales in potestate cum

24.

25.

26.

27.

27.

eam Romano Pontifice, quod est falsum; succedunt ergo in ordinatione Episcopali secundum eum verbi gratia, ad creandos sacerdotes, & alia. Dixi secundum se, quia non modo habendi succedunt; nam Apostoli habuerunt ordinationem immediate à Christo; Episcopi vero illam habent mediante Romano Pontifice. Et quamvis Apostoli habuissent ordinationem, seu consecrationem Episcopalem à Christo tamen divisione sedium, ac terrarum facta est determinatione humana à Divo Petro, ut jam dixi. An vero Pontifex Romanus succedat, Petro ut Apostolo, negat Bellarm. & ait, quod illi succedit secundum id, quod fuit Pastor universalis. Alii vero videntur affirmare, succedere Petro etiam ut Apostolo, pro quo facit Suar. citatus numero 21. prout ait, Apostolorum esse quendam Episcopatum universalem totius Ecclesie & hunc habet Summus Pontifex ex suo jure ordinario. Et inde negamus, quod ita Episcopi succedunt Apostolis, ut Pontifex Romanus Petro, ut patet ex dictis.

Bellarmin.

Suar.

28.

Actos.

29.

Lorinus. Corneli.

Genes. 43.

30.

nam Episcopus titularis, ut jam dixi supra, habet potestatem ordinis, non vero jurisdictionis. Tamen in Episcopo habente subditos, licet potestas jurisdictionis formaliter habeat connexionem cum potestate Ordinis ex jure humano, originem tamen ducit ex jure divino; quia ut optime docet Bellarminus citato loco, Pontifex ex jure divino tenetur creare, ac instituere Episcopos, & jurisdictionem eis dare ad exercendum debitum suum munus pastorale, sicut licet sacerdotes in sua ordinatione accipiant potestatem incompletam, & inchoatam ad absolvendum à peccatis, quæ completur per potestatem humanam Prælatorum Ecclesiasticorum, ut patet ex antiquissimis constitutionibus Ecclesie, tempore Celestini Papæ, & nostri sancti Dionysii, & postea ab Urbano 2. Cap. Placuit. Et tamen Prælati Ecclesiastici tenentur ex jure divino approbare confessores, quia de jure divino est, ut fideles confiteantur; & ita quamvis jurisdictionis Episcopalis sit de jure humano, tamen Papa tenetur ex jure divino dare, & instituere Pastores ad consecrandos sacerdotes, ad regendas Ecclesias.

Bellarmin.

Celestinus. Dionysius. Urban.

Arguunt tertio ex D. Cypriano lib. 4. epistol. 9. dicente Episcopos à Christo D. fieri, à D. Cypriano. quo & Apostoli creati sunt: Quod etiam probatur ex Paulo ad Ephesios 4. Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Pastores, alios Doctores; Ubi nomine Pastorum intelliguntur Episcopi; ut exponunt D. Hieron. Origenes, Theophylactus, & alii. Responderetur ad Divum Cyprianum, & Paulum, ut dictum est in superiori argumento, Christus ordinavit, dedit Pastores inspirando Petrum, ut ipsos Episcopos daret, ac crearet; vel dedit secundum ordinem, vel consecrationem Episcopalem, D. Augustin. epistol. 58. D. Hieron. D. Anselm. volunt eosdem esse pastores, ac Doctores, D. Ambrosius sic explicat locum Pauli, quod pastores sint lectores, qui suis lectionibus pascunt, & dant alimenta populo, Doctores sint Magistri, qui verbis, ac auctoritate sua coarctent popululum.

31.

Ephes.

D. Hieron. Origenes. Theophyl.

D. August. D. Hieron. D. Anselm. D. Ambros.

Arguunt quarto; in principio Ecclesie Apostoli creabant Episcopos, etiam inconsulto Petro, & deinde ceperunt fieri Episcopi per electionem Cleri, aut populi, absque recurso ad summum Pontificem, & statim habebantur ut Episcopi legitimi; ergo signum est Episcopis illam potestatem non dari à Summo Pontifice, sed immediate à Deo; nam in prædicto casu Clerus, & populus solum designabant personam, cui conferebatur potestas à Deo, ut communiter dicitur de Romano Pontifice. Confirmatur quia si Episcopus accipit jurisdictionem à Papa, quando condit leges, & imponit censuras, debet dicere se hoc facere potestate data à Pontifice, sed hoc non debet dicere, alias erit legatus, & non ordinarius Pastor suarum ovium.

32.

Respondetur; quod omni tempore semper Episcopi habuerunt dependentiam in sua jurisdictione à Summo Pontifice; nam licet Apostoli haberent jurisdictionem super totum orbem, & creant Episcopos, tamen tales Episcopi subiciebant Petro, sicut & ipsi Apostoli Petro, ut universali capiti totius Ecclesie, & tales Episcopi creati ab Apostolis

33.

ob

ob defectus, & culpas poterant privari à Petro, & eorum leges, ac censuras irritare, ac proinde in sua conservatione dependebant ab ipso. Quod verò post mortuos Episcopos electos ab Apostolis, Clerus, & populus eligerent Episcopos, factum est ex consensu, ac per missione Romanorum Pontificum, quia ob magnam persecutionem tyrannorum, ob magnamque locorum distantiam, & quia facilliter non dabatur tabellarii, nec communicatio cum Sede Apostolica, ideo sanctissimi illi primi Pontifices tanquam Patres maxime providi, ne populi perirent absque Pastoribus, permiserunt, ac ratum habuerunt, ut Episcopi eligerentur à Clero, ac populo; Anacletus Pontifex V. à D. Petro, circa annum Christi 200. c. ultimo, dist. 79. Consonant sequentes Pontifices, Stephanus I. in c. Nosce ibi convocato Clero, & Populo, Celestinus I. in c. Clerici, Leo I. in c. Vota cum sequentibus 63. dist. Hæc multa alia Barbola de potest. Episcop. part. 11. tit. 1. c. 3. n. 4. & 5. Ac profunde semper Episcopi habuerunt suam jurisdictionem ex concessione, & approbatione Summi Pontificis.

Ad confirmationem, quod bene potest Episcopus dicere, à Romano Pontifice potestate mihi facta, sæpe sæpius vidi multa Decreta, ac edicta Pastoralia Archiepiscoporum, & Episcoporum in hunc modum, verbi gratia D. Michaël à Castro Archiepiscopus Olysipton, Gratia, & beneficio sanctæ sedis Apostolica, nec ex eo quod dicat potestate mihi facta à Papa, sequitur ipsum esse delegatum; non enim in hoc differunt potestas ordinaria, ac delegata, quod ordinaria non sit ab alio, sic & delegata habeatur: sed in hoc discriminantur, quod ordinaria habeatur ex vi proprii muneris, quamvis tale munus ab alio habeatur; unde qui habet tale munus, utitur ipsa jurisdictione, tanquam proprius Dominus. Unde senator Regius qui ex vi sui muneris habet hominem damnare ad mortem si dicat potestatem Regia mihi facta, sententiam mortis profero in Petrum, hoc est per accidens cum ex vi sui muneris habeat illam potestatem ordinariam, potestas delegata non sic se habet ex vi proprii muneris, sed ex quadam concessione ad nutum facta, unde utens tali jurisdictione non se habet ut Dominus, ac ut causa principalis, sed ut instrumentum motum ab alio ut dependens ab ejus influxu, à quo dimoveri potest.



RESOLUTIO XXXVI.

De Sacrosancto Eucharistie Sacramento.

QUESTIO PRIMA.

Suprema, & alta vigilantia tabernaculum Sacra Eucharistie custodiendum est in Ecclesia.

SUMMARIUM.

Sacra Eucharistia, ut supremum bonum totius

- 1. Ecclesia, sanctio cultus, ac reverentia, à nobis est veneranda.
- 2. Audax, & sacrilega temeritas.
- 3. Pro custodia Sacra Eucharistia novus custodia videtur requirendus.
- 4. In quinque locis distinctis Deus precipit de Levitis, & Sacerdotes custodiant tabernaculum.
- 5. Talis custodia, ac vigilia maxime recommendatur Principibus, ac Magistratibus, ibid.
- 6. Cur Deus tantam custodiam, ac vigiliam requirebat in templo.
- 7. Sacri Apostoli, ac sancti Patres maxime custodiebant hoc Sacramentum illud secum habentes.
- 8. Qua custodia maxime adhibenda est hac nostra ætate.
- 9. Remedium quod apparet opportunum.

SUPREMUM bonum totius Ecclesie, est divinitimum, altissimum Eucharisticum Sacramentum, in quo vere, realiter, ac substantialiter adest præsens Christus Dominus verus Deus, & homo; de quo intelligitur id, quod ipse de se dixit, Matth. 28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Inde à nobis suprema veneratione, summa reverentia, ac profundissimo cultu, omni affectu tantum mysterium recolendum est.

Tamen audax temeritas diabolo suggerente, non dubitat sacrilegas, ac maledictas manus in tam sublime, altissimum mysterium mittere, ut anno elapso contigit: Homunculus quidam, ex infima, ac abjectissima plebe ex oppido quodam apud Cunitabede, animo furandi sacram pyxidem, etiam sanctissimum Sacramentum ex suo loco furatus est, quod totum Regnum summo dolore, tristitia, ac maestitia affectit, & inde ego pro custodia divinitissimi Sacramenti, hoc breve notabile feci, quod multis, & magnis viris placuit, & inde pro reverentia tanti Sacramenti illud hic appono.

Ait D. Paulus 2. Corinth. 5. num. 14. *Charitas Christi urget nos*, ut explicat P. Paschas. lib. 7. ad sæpe loquendum clamandum, ac non tacendum, cum videamus tam grave, & abominabile sacrilegium in eo, quod est pretiosissimum totius Ecclesie, ut est divinitimum & altissimum Sacramentum, nam quavis Summus Pontifex Innocentius. III. cap. statimus, de custodia Eucharistie, sanctissime decrevit in generali Concilio, quod sacratissima Eucharistia haberetur reposita in sacrario bona, ac competenti clave reclusa tamen ut optime D. Augustin. in *Euchirid.* cap. 7. quod cum malitia humana excrevit, & commune remedium non sufficit, multa diligentia novus modus perquirendus est, nullus sanè videtur aptior, ac convenientior, quam ille, quem Deus disposuit, ac ordinavit in lege antiqua, quæ erat, ut ait Apostolus 1. Corinth. 10. n. 11. Umbra, & figura illorum, quæ Deus disponebat ad legem gratiæ, qua Dei benignitate in præsentiarum felicissime fruimur, & gaudemus.

In quinque distinctis locis invenitur Deum mandasse Sacerdotes, & Levitas vicissim ordine suo servato, ut custodirent, ac excubarent ad

ad ostium tabernaculi ad custodiendum Sanctum Sacramentum. In numeris in quatuor distinctis Capitulis, cap. 1. num. 5. cap. 3. num. 7. cap. 18. num. 4. & 5. & cap. 31. num. 47. & apud etiam Ezechielem cap. 40. num. 45. & 46. Ad quid tanta repetitio, & tam frequens in Scriptura, quia ut docent Theologi cum D. Thoma 1. pars. quest. 2. ac Sixto Senensi, ut inde divina providentia; magna recommendatio intimer de præcepto, ac mandato imposto, tanquam quid valde utile, ac necessarium. Si ergo Deus tam sedulam, ac continuam vigiliam ad custodiam unius umbræ, ac figuræ ordinabat, quantum ergo majorem nos debemus exhibere ad custodiendum ipsum mysterium figuratum, in quo verè ac realiter adest præsens caro, & sanguis Iesu Christi veri Dei, ac Salvatoris nostri; & hanc pervigilem custodiam peculiariter Deus commendat Principibus, ac Magistratibus; nam postquam Deus eos ad hanc ecclestem mensam invitavit, statim eos adhortatur per *Isaiam 22. num. 5.* ut notat Cardinalis Hugo, ad diligentem vigiliam, ac sedulam custodiam: *Pone mensam, contemplare in specula comedentes, ac bibentes, surgite principes, arripite clypeum.*

Ex quoniam motivo Deus in templo suo tot excubias nocturnas, ac tutelas disponit. D. Hier. D. Greg. ad citatum Ezechielis locum, ajunt, ad tuendum, ac custodiendum à cæca, & incauta hæreticorum, ac infidelium furia. Origenes Severianus, à sacrilega gentium abominatione, ac profanitate. Ulpianus, Lyranus inquit ne aliquid indecens, & repugnans sanctitati tanti loci fieret in templo; unde ex D. Bernardo colligit Cardinalis Hugo ad cap. 47. *Genes.* quod Sacerdotes, ac Ministri Ecclesie se debent habere tanquam milites, non ad licentiosas prophanitates: sed tanquam ad stationes militares, ut die, ac nocte supervigilent ad custodiam domus Dei.

Quod optime intellexerunt sacri Apostoli, ac Sancti Patres. In primitiva enim Ecclesia ordinaverunt Apostoli, ut restantur Ducatus *lib. 1. de Reditibus Ecclesie c. 16.* Theatrum vitæ huic panæ, verb. *Eucharistia, fol. 448. littera G.* Quod Præpositus, seu Parochus Ecclesie hoc divinitimum Sacramentum haberet secum in domo sua. Divus Paulinus, ut refert. Ioannes Mosch. in *Prato spirituali, cap. 27.* hoc Sacramentum secum habeat in suo Palatio, & inde illud ad infirmos deferat. Et Divus Cyprius Alexandrinus, ut scribunt Opratus Milevitanus *lib. 2. contra Parmenum.* Sophronius in *Prato spirituali, cap. 9.* Custodes apposuit in Ecclesiis, sicut & Divus Basilius in *Cappadocia*, & antiquis temporibus, ut Auctor est Gregorius Turonensis de *Gloria mundi*, Sacra Eucharistia servabatur in quadam munitissima turri, optimo artificio, ac singulari arte composita, ac fabricata. Et Alexander Tertius, qui floruit circa annum. 1160. quando in Portugalia regnabat Primus Rex Alphonsus Henriquez, multis in partibus præcepit ut ad majorem custodiam, ac tutelam, ut in domibus, ac Palatiis Principum, ac Magnatum servaretur, ut tradunt Surius die 14. *Novembris inter acta Sancti Laurentii Sylveira Opuscula.*

Dabilen. Spondanus in epitome Baronii anno Christi 57. n. 43.

Si ergo Deus ita ordinavit, ac disposuit, sacratissimeque Apostoli, ac Sancti Patres, quos nobis Deus dedit ut magistros, ac Doctores nostros, & tanquam luminaria magna lux Ecclesie, ita verbo docuerunt, & opere impleverunt, maxime nobis incumbit, eorum doctrinam amplecti, dictamina venerari facta, opera in omnibus imitari, & maxime hac nostra ætate, in qua nostra regna malis hereticis, ac Religionis Catholice adversariis abundant; multaque Ecclesie sunt desertis in locis, ac à populi frequentia separata, & frequenter Parochus, aut æditus mandat, ad Orationem Angelicam pulsare per quandam adolescentulum, & multoties parvæ, & teneræ ætatis, qui ob suam levitatem facile Ecclesie ostium non bene clausum relinqueret.

Ob hæc, & alia inconvenientia mihi, & multis visum fuit valde conveniens, ut juxta quamlibet Parochiam, contributione facta à Parochianis fiat una, vel altera domus cum ostio ad Ecclesiam, in qua Parochus, vel Thesaurarius pernoctent, & videntes inimici nostræ sacre Religionis, quod in Ecclesia excubant, homines non audebunt tam abominanda sacrilegia, ac execranda scelera perpetrare, & qui tam sollicitos ac providos fuerit, pro custodia Ecclesie Dei, Deus multas, & largas benedictiones ei impendet, ut Salomoni promissit 3. *Reg. 9. num. 5.* juxta Paraphrasim Chaldaicam.

QUESTIO II.

Utrum Regulares valeant exponere publice absque Episcopi licentia Sacram Eucharistiam?

SUMMARIUM.

- 9. Ponitur pars negativa.
- 10. Pars affirmativa est communis, & vera.
- 11. Explicantur dictiones posite in concessione Apostolica.
- 12. Probatur ex Gregorio Papa.
- 13. Nullum est fundamentum, ob quod requiratur licentia Episcopi.
- 14. Probatur etiam Cardinalium declaratione, ac usu, & praxi Religiosorum.
- 15. Respondetur ad declarationes Cardinalium adductas in contrarium.
- 16. Solvitur confirmatio adversariorum.

Negantem partem tueretur Gavantus in *manuali Episcoporum, verb. Eucharistia, n. 53.* Gavant. & 54. & sic ait: *Non exponatur*, scilicet Sacra Eucharistia cum solemnitate à Regularibus sine licentia Ordinarii. Congregatio Rituum S. Congreg. 26. Februarii 1628. & n. 4. sic ait ipse Gavantus, *Pro personis particularibus exponatur in ostiolo tabernaculi, aut in pixide velata cum luminibus, & assistentia. Congregatio Episcoporum 7. Septembris 1798.* Et confirmatur, quia maxime videtur inconveniens ad venerationem & reverentiam tanti Sacramenti, ut non

34.
Anacletus.
Stephan. I.
Celestin. I.
Leo I.
Barbola.

35.

Matth. 28.

2.

1. Corinth.
D. Paschas.

Innocent. III.

D. August.

1. Cor. 10.

4.

Isai. 22.
Hugo.

D. Hieron.
D. Gregor.
Ad cit. locum.
Origenes.
Severian.
Vulpiani.
Lyran.

Ducant.
Theatrum.

Mosch.

Milevitan.
Sophron.
Turonens.

Surius.

7.

8.

9.